



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

34 Concordiæ summopere studere & discordias sopire. confidentiam
vanam vitare, v. Theatrum hist.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

Credite, de calo descendit, nosce teipsum.

Hinc bene qui sese nouerit, ille sapit.

35. Nobilis quidam Florentinus mille florenos collegerat, ut Europæ partem aliquam lustraret. Hoc suum consilium cognato suo, viro prope ac docto communicanti, sic ille respondit: *ne, mi cognate, bis mille florenos in tuâ quàm Orbis terræ cognitionem: salutem enim iorem tibi adferet domi noscere vitæ, eadem rigere, quàm extra patriam, maximo vitæ mine, atque incredibili sumptu Italias, Germaniam, ac deniq; Belgium Orbis oceanum agitare. Hæc Poggius Flor. Multò certè te seipsum diligenter excutere, atque ad vias explorare, & nosse, quàm terras perlustrare.*

SIGNVM XXVII.

Concordia studere, & discordias tollere. CONCORDIA (SINE QVA VELI-
funduntur a ciuitatis veluti periculo so-
mine discinduntur) summopere stu-
dere & discordias sopire.

Nihil melius est ciuitati, quàm vnio; nihil nociosius, quàm diuisio; neque vllæ res, quæ concordem ac bene moratam ciuitatem diruere possunt. (Plato 5. Pol. Arist. 5. Politic.)
1. Ostendit hoc Agrippa, Legatus ad patrem Rom. dissidentem à Patribus missus, faber membrum corporis inter se & cum ventrem dentibus. (Liu. lib. 2. Dionys. Hal. lib. 6.)
2. Indicauit Sertorius, equis duobus in con-

mem adductis, quorum alter imbecillis iam & senex erat, alter magnus & validus. (Plut.)

3. Docuit *Scalurus*, 80. filiorum pater, qui iam vicinus morti, fasciculum ex iaculis porrigens vaicuique, confringere iussit: cum autem defessi nihil effecissent, ipse sigillatim extrahens, iacula omnia facile fregit. Docens ipsos hoc argumento, quod vniti & concordēs, robusti permanfuri essent; dissoluti autem, imbelles futuri: vel, admonuit eos his verbis: *Si concordēs eritis, validi inuictiq; manebitis; contra, si dissidijs & seditione distrahemini, imbecilles eritis, & expugnati faciles.* Plut. Stob. ser. 82.

4. Idem planum eodem modo conatus est facere *Changius Chan*, primus Tartarorum Rex, qui iam morti proximus 12. filios conuocauit, & 12. sagittas, vno falce comprehensas, natu maximo frangendas dedit. Quod cum ille nequireret, secundo, inde tertio, & sic cæteris. Verum cum nullus id posset, fascem soluit, & minimo natu imperauit, vt sagittas singulas cōfringeret. Quod cum ille nullo negotio præstitisset, conuersus ad omnes: *Neque vos, filij charissimi, si concordēs fueritis, à quoquam superari poteritis, discordes facile conficiemini.* Sabellicus lib. 6. Enneadis 9.

5. Idem probat *Cicero* de iniuriarum obliuione & amnesia: (lib. 44. Dionis;) *Cyrus* ad filios: (Xen. 8. Pædiæ Cyri;) *Philippus Macedo* ad Perseū & *Demetrium* filios: (Liu. lib. 40.) *Micipsa* ad *Iugurtham*: (Sall. in bel. Iug.) *Hermocrates* ad ciuitates dissidentes: (Thucyd. lib. 4.) *Bredislaus* Boëmizæ Rex morti vicinus ad *Proceres*: (lib. 7. Dabruuij;) *Seuerus Imp.* non tam corporis morbo, quam animi mœrore confectus, cum finem

vita suæ instare animaduertit, ad se vocauit
 toninum & Getam filios, à quibus quid ve
 percunctatus: *Facite*, inquit, *vt conueniat*
vos. Dio & Xiph. Moriturus Antonino ma
 filio orationem Sallustij, qua Micipsa filio
 concordiam hortatur, misit. Vltima eius ve
 fuere: *Turbatam Remp. accepi, pacatam, etiã*
annis domitis, relinquo senex & ager pedibus
num Imperium filijs meis relinquo, si boni fuerint
imbecillum, si mali. Auentinus lib. 2. Ann. Ro
 rum. Diem clausit extremum Anno Christi
 & Geta, iussu Antonini, in matris gremio occi
 est Anno Christi 214.

6. *Agessilaus* percontatus, quã ob causam Sp
 ta mœnibus non cingeretur? ostēdit ciues ar
 tos & vnanimis, *hi*, inquit, *sunt Sparta civi*
tis mœnia, significans Resp. nullo muniment
 tiores esse, quã virtute ciuiam consentientem
 Plur. Cùm alius id ipsum quæsiuisset, respō
 ciuitatem non saxis lignisue, sed, pro vallu
 mœnibus, incolentium virtute muniri oportet
 quos si iungit concordia, nullus potest effe
 rus inexpugnabilior. *Idem.*

7. *Demetrius Rex* Macedonum, cùm aliquat
 à venatione rediret, ad patrem Antigonum le
 tionem iam audientem, succinctis vt erat
 accessit, eumque osculatus consedit, *hec*, in
 concordia, *regni nostri tutissimum erit presidium*
 Discedentibus itaq; Legatis, *Renuntiate*, in
 Antigonus, *o viri, talem amorem animiq; patri*
qualem vidisti. *Idem.*

8. *Micipsa Rex Numidarum*, iam iam mori
 rus, filios suos paterno monet affectu, vt con
 des sint, aureis semper litteris scribendã senes

tiam addens: *Concordia parua res crescunt, discordia autem maxima dilabuntur.* Sallust. de bello Iugurth.

Sunt qui existimant, vt piscatus optimè succedit turbata aqua, & apes feliciter proueniunt ad quarum aluearia murmur ingēs est: ita sese aliorum discordia ac diffidijs emergere atque inclarescere posse. Et sunt in ea sapientes multi sententia, etiam ex inimicis vtilitatem capere condati hominis esse.

1. Quia inimicus, perpetuò vigilans, res nostras infentius obseruat, circumit vitam, vndiquaq; ansam nocendi captans, maximè peccatis inhæret, eaq; inuestigat: quemadmodum vultures ad odorem cadauerum putredine corruptorum feruntur, pura & sana non sentiunt. Itaque vtilis est inimicus ad hoc, vt cauti prouidiq; viuamus, neq; quicquam temerè aut incōsideratè vel dicamus, vel faciamus, neue gaudendi ac ridendi materiam inimicis præbeamus.

2. Vt histriones & cantores Scenicos videmus sepe in Theatro remissè ac nulla cū alacritate aut solertia agere: concertatione verò orta aduersus alios, non seipsos modò, sed & instrumenta sua maiore cū diligentia ad certam aptare, fides explorare, accuratius concentū instruere, & tibijs canere: ita qui aduersariū paratū sibi esse nouit, arētius se resq; suas circūspicere, & vitā constituere solet. Ac propterea Scipio Nasica, nonnullis affirmatibus, rem Romanā in tuto tunc collocatā esse, deletis Carthaginensibus, in seruitutem redactis Achais, periculose nunc Romanorum res sese habere dixit, cū non reliqui nunc sint, quos Romani vel metuant, vel reuereantur.

M. Tun in
44. Pol.
Rationes
pro dissen-
sionibus
inimicis.

3. Optimus vlciſcendi inimicos modus, ſi
 probis honeſtusque fiat, omnibus ſeſe exhibere
 ſpectandum iuſtum, prudentem, frugi, in di-
 do laudabilem, in agendo purum, in victus rati-
 ne mundum.

4. Inimicorum maledicta & conuitia pluri-
 nobis commodant. Vnde Anriſthenes dice-
 ſolitus, eum, qui ſaluus eſſe debeat, opus habere
 vel probis amicis, vel vehementiſſimis inimicis
 quod illi peccantes admonendo, hi criminando
 à vitijs auertant.

5. Inimicitia ad emulationem & honeſtam
 certationem inflammant. Quemadmodum
 ſciti agricolæ roſas ac violas putat ſeſe melius
 facere, ſi allium & cepas iuxta plantent, quibus
 ea excernitur quicquid alimento acerbum
 aut foetidum: ita inimicus, excipiens inuidia
 malignitatis noſtræ ictus, beneuolentiores nos
 micis reddit ac commodiores. (Plut. de rapina
 ex inimicis & hoſtibus vtilitate.)

*Rationes
 pro amicitia
 & concor-
 dia Magi-
 ſtratum.*

Sed licet hæc ita ſeſe habeant, tamen Reip.
 ceſſarium eſt, vt inter Magiſtratus diſſidia,
 ſenſiones, ſimultates, inimicitia vitentur, pax
 concordia ſtudeatur. 1. quia Magiſtratus reſpon-
 eſt leuis ac vulgaris; ſed magna, excellens, ſacra
 ſancta, ideoque eundem vnà qui gerit, religioſe
 amandus & colendus, non irritandus eſt; nec ma-
 ior honos eſt, quo affici Magiſtratus poteſt, quam
 ſi pax, amicitia, & concordia cum collegis col-
 tur, diſcordia argumētum certiffimum conten-
 ptus eſt. 2. in multa mala & incommoda in-
 dunt, qui concordiam cum collegis nō alunt
 enim ſuperioribus inuidet; aut cum paribus
 viuunt, vt turbas, tumultus, ſeditiones excitent.

que denique sese inferiores contemnunt: (Plut. de ger. Rep.) atque ita iucundum inimicis præbent spectaculum, & infirmi redduntur, quia inter se dissident. (Arist. 5. Pol. c. 6.) 3. ex infestis hostibus socij interdum fideles, interdum etiam ciues fiunt: Albani, diruta Alba, Romam traducti sunt: Latini, Sabini in ciuitatem accepti. Vulgatum illud, quia verum erat, in prouerb. venit: *Inimicitias immortales, inimicitias mortales esse debere.* (Liu. lib. 40.) 4. pacis & concordie studium plura ac maiora adfert commoda, quam discordia & iniuriarum propulsatio. (Dio lib. 44. in orat. Cic. de auaritia post Casaris necem habit a.) Probant hoc exempla. Discordia Pelopida & Epaminonda Remp. Thebanam mire exercuit. (Plut.) Aristides ob discordiam, quam habebat cum Themistocle, dicebat, Remp. Atheniensium nunquam incolumẽ futuram, nisi se & Themistocle in barathrum coniectis. (Idem.) Sub Antonio & Augusto, ob horum dissensionem, omnia in Vrbe Romana confusa conturbataque fuerunt. (Dio lib. 46. Xiph.)

Boni Magistratus, si que sunt similitudines, in inimicitia, dissensiones ortæ priuatis ex causis, et in collegio & officijs publicis propter Remp. deponunt, ne in tanta quasi contrariorum ventorum lucta nauis Reip. periclitetur, seu, ne in tanta animorum distractione nimium iactentur ciues, & ciuitas, veluti contrarijs moribus distracta, citissimẽ contabescat. Sic Aristides & Themistocles, cum ad Salaminem pugnandum conuenissent, contra communes hostes Persas esset, dissensiones omnes & inimicitias patrie in sinibus deposuerunt, & communicato consilio, rem bene feliciterque gesse-

*Quomodo
inter Ma-
gistras ini-
micitie tol-
lantur, &
concordia
cõseruetur.*

gesserunt. (*Plut.*) Et apud Rom. M. Aemilius
 Scipio, & Fulvius Flaccus, licet inter sese gra-
 uissimè dissiderent, tamen ubi populus eos
 Censores creauit, idque præconis renuntia-
 uerunt, ibidem statim in campo, nondum
 concione, vtrò vterque & pari voluntate
 ceteri, & se mutuo cõplexi sunt, exq; eo die
 facta Censura, & postea iugi concordia fidissi-
 micissimeq; vixerunt. (*Gell. lib. 12. c. 8.*) Idem
 Scipio Salinator fecit, cum Neronem collega
 eius in Consulatu fuit. (*Val. lib. 4. c. 2.*) Quod
 Scipio Maximus Scipionem non amauit, eius tan-
 tum actiones, quas viles esse patriæ arbitratum
 defendere ac promouere minimè dubitauit.
 (*Plut.*) M. Crassus collega suo dexteram
 porrexit, neque quicquam hinc sese humi-
 lium sese dignum committere ad populum
 dixit, cum ille adhuc impubere eum Magni
 cognominaret. (*Idem.*)

2. Ad tempus cedunt, & locum dant inimicis
 relinquunt potius patriam, & voluntarium
 eunt exilium, quam dent turbas, & Reipublicæ
 periculum conijciant. *Cicero* cum videtur
 aut armis contra Clodianos pugnandum
 aut Vrbe cedendum, communicato cum
 L. Cato & alijs consilio, exilium ferre, quam
 ac seditionibus occasionem præbere
 (*Plut. in Cic.*) Etsi enim durum admodum
 videatur, vxorem, liberos, patriam, opes
 cultates suas desere, tamen comparatione
 facta viri magni, erecti, ac liberalis ingenij
 posse dicere: *Liberos meos amo, sed magnum
 est, odio hunc prosequor, opprimere cupio, ut
 patriam benevolentia complector.*

2. Dissensiones in Reip administratione ortas
 priuatas ad res peruenire minimè patiuntur.
 Hoc Athenis Phocion, Romæ Cato obseruauit.
 4. agunt placidè, & cogitant condonari aut re-
 mitti aliquid debere, cum quod est commis-
 sum errore vel casu, non malitia proficisci-
 tur, vel humanæ naturæ infirmitas (cuius pro-
 prium est errare ac labi) consideratur, vel
 voluntas & consilium agentis spectatur, vel
 ante acta vita perpenditur. Musicus concentus
 nunc intentione, nunc remissione fit concinnus.
 5. Remouent vitia, quæ concordiam tollunt qua-
 tuor, detractionem, *ἐπιχαιρεκακία*; insulta-
 tionem, & lætitiā, ortam ex alterius erratis;
 bene aut factorum aut dictorum extenuatio-
 nem, ex intempestiua æmulatione ortam; &
 ambitionem, pessimum dæmonem, ac causam
 in collegijs ac ciuilibus societatibus omnium
 malorum. (*Plut. de ger. Rep.*) Adhæc superiores
 colunt, pares & æquales honorat, inferiores or-
 nant, (ne dedecori sint Magistratui,) omnes a-
 mant. 6. Cauent aut cohibent iram. 7. præpa-
 rant animum ad patientiam, seu ad aduersa tole-
 randa. uti Apostolus monet, ut inuicem onera
 nostra portemus, & sic Christi legem adimplea-
 mus. *Liu. lib. 25.* affirmat, nihil aliud à cæde
 continuisse homines, nisi patientiam Magistra-
 tum, quod cesserint in præsentia furori at-
 que audaciæ paucorum. Qui patiens est, non
 solum aduersarium vincit, sed & seipsum,
 seu animum suum tanquam hostem pessi-
 mum. Sanctus Gregorius ait *libro duodecimo*
in Iob capite decimo sexto: Nunquam serua-
 ri concordia, nisi per solam patientiam valeat.

CRO.

Vide de
tra.

Crebrò namque in humana actione nascitur de mentes hominum vicissim à sua vnitate & lectione separentur, & nisi ad aduersa tolerare se animus præparet, procul dubio humerum pori non inhaeret.

Prudenter existimârunt illustrissimi Romanorum, non oportere eos priuatis odijs distingi qui publicè essent iuncti summa potestate. (*lib. 4. c. 2.*) Etenim periniquum est, propter pietas similitates Remp. in discrimen adducere, abutendum occasione, ad expellenda odia, potius Reip. sunt donandæ priuata iniuria. (*pian. Alex. lib. 2.*) 1. *Q. Fabius Maximus* Consul & duobus Consularibus simul gestis, expulsi se esse dicebat, nihil concordie collegio edidit, minus ad Remp. tuendam atque propagandam. Qui enim fieri potest, vt Consiliarij bene publica re consultant, aut cõsulta ad exitum periculi, vbi diuortia sunt animorum. *Liu. lib. 2.* Hinc iidem Romani Concordia temperant, nullam aliam ob causam excitârunt, quam vicissimum dissidia, quibus interdum Respublica re solet, factis in eo sacrificijs deponerentur, deoq̃ Seuero Rom. Imp. iam morbo excidit, cum odium inter Getam & Antoninum factum, ob regni successionem esset ortum, Senatui creuit, vt pro concordia vtriusque, Dijs immolatis sacrificaretur, ac præsertim ipsi Concordia: sciebât enim domesticas & internas dissidias nonnunquam Remp. euertere, aut certe tenuare. *Xiphil. in Antonino.*

3. Cùm Scipio Africanus Numantinos expulsores tandem fregisset, obsessosq; expulsi Pyresium eorum Principem rogauit, &

missa Numantia aut prius inuicta, aut post euer-
 so fuisset? respondit Tyresius: *Concordia uictoria,*
discordia exitum praeiuit. Plut. Apoph.

4. Frossardus lib. 4. hist. Gall. ait: Tempore Caro-
 li VI. Gallorum Regis Hungari & his adiuncti
 Galli magnis viribus obsidebant Nicopolim, bo-
 na spe concepta, breui se dominos urbis fore. In-
 terim Rex Basa, ex omni sua & vicinorum Prin-
 cipum ditione coegit circiter duceta millia ve-
 litum, praemisitque octo ferè millia, reliquo ex-
 ercitu in duas partes diuiso. Noctu, ut procur-
 rentes illos viderunt, statim ad arma festinatione
 summa. Porro qui explorandi causa missi fue-
 rant, cum *dicerent*, modicam esse hostilem tur-
 bam: *sed* enim praeter velites quenuquam vide-
 bant. Galli repente magnis animis ad pugnam
 properare. Sic instructis, Hungariae Rex denun-
 tiauit, ne quid praecipitanter agerent, vereri se,
 ne exploratores omnem exercitum probe con-
 templati sint. Alios iam a se missos, locorum &
 regionis maximè gnaros, qui intra paucissimas
 horas dubio procul certiora sint allaturi. Consi-
 lium hoc multis visum vtile, & proinde omnino
 sequendū. Sed Connestablius Galliae, quod prior
 ipse sententiam rogatus non esset, bene sapien-
 terque à Rege Hungariae dictum, interpretari su-
 perbe & malignè: Hungarum in animo statutum
 habere de Gallis in acie dispositis ipse victoriae
 laudem ferat. In hanc sententiam ineptè quidem
 ille plurima, non quod ita sentiret, aut Hungari
 consilium reprehenderet; sed quod inuideret
 Principi à Concijs, (nuper parua manu suis hosti-
 libus copijs,) auctiori facto. Se verò, quo non a-
 lijs in Gallia post Regem amplior sit atque sub-
 limior,

limior, vlli postpositum iri, nimirum id in
 fine ferre; & suam potius auctoritatem in
 gerendis primam esse debere, & præ cæteri
 lere plurimum existimabat. Itaque reiecta, qui
 cæteri probabant, Hungari sententia, minime
 standum ratus, non expectato sociorum
 lio, in hostem progressus est: quo facto, reli
 etiam, quantumuis inuitos, adegit, nisi des
 res haberi vellēt, iungere copias. Sed qui fructu
 fuerunt inuidia, fastus, discordia? Hoc con
 factum est, vt Galli & Hungari, circumfusa
 quæque hostium turba, ad internecionem
 delerent. Aded verum est, quod Aurelius
 tor ait: *Lactantius esse, & leuissimum ingenium, at
 triumphandi, ob lauream, id est, solita
 discrimen, per incertos euentus certaminum
 ritatem ciuium suorum præcipitare.*

5. *C. Cassius*, auctoritatis seruandæ causâ, nunquam
 cuiquâ contradicebat: Tac. 14. Ann. de eo sic
 bit: *Quicquid hoc auctoritatis in nobis est, con
 contradictionibus destruendū non existimabā.*

6. Cū *Aristides* (vt supra attigi) Themistocles
 admodū esset aduersus, & tamē vnā in legatione
 missi essent: *Visne o Themistocles, inquit, vni
 montibus inimicitias paulisper deponamus, re
 turi eas, cū redierimus.* Quo docuit vir prudens,
 tissimus patientia vincendas esse similitates,
 certè ad tempus deponendas ijs, qui vnā Reip
 negotium promouent. *Plut. Herod. lib. 8.*

7. Cū *Cretinas* cum *Hermia*, de honoris
 rogatiua decertaret, & animaduertet ea re
 uitatis salutem periclitari, *Hermia* cessit, &
 sit ciuitatem suscipere gubernandam: se
 aliò profecturum, Quod si alteras suscipere

id inio
 m in re
 ceteris
 eSta, qu
 nimie
 orum au
 o, reli
 si dele
 qui fru
 oc con
 n fusa
 nem vi
 arellia
 eny, ar
 huc
 inum
 sta, nunc
 eo sic
 uandum.

est, cre
 mabz
 hem
 n lega
 are ac
 sopire.

1. Leo Byzantius, Philosophus & Orator, ob
 elus alioquin & prominentem aqualiculum ge
 ans, cum ad Athenienses Legatus missus es
 set, seditionem popularem & turbas ciuiles e
 loquentia sua cohibiturus, mox, cum legatio
 nis suae capitea enarraret, omnibus risum obe
 norme abdomen mouit; sed ipse, à ludicris
 illis feriorum occasionem captans, dicere cœ
 pit: *Quanam vobis risus caussa, ô Athenien
 ses? an quod me pinguem & distento ridea
 te vultis? Sed audite, est mihi domi vxor,*

cum qua quoad pinguedinem ipse non sum
 rendus, ut pote qua me triplo sit pinguior, am-
 men vnus facillimè lectus capit, cum eadem
 mus, & sentimus; sed dum alter ab altero dis-
 ipsa hanc, & ego illam viam insisto, integri
 capit domus. Quo dicto Athenien sibus per-
 vt pacem inirent, turbas ac seditiones con-
 rent, populusque cum Magistratu in gratiam
 diret.

2. Auctor est Plut. de ciuili Inst. ad Traian.
 micitias Pardali atque Tyrreni in caussa
 vrbs Sardes tantum non euerteretur, cal-
 tas esse a paruis & ridiculis offensionibus.
 Non enim semper in caussa, inquit, de sacra
 blicisue adibus initia sumunt; ita ut & de
 cula, lucerna parumper neglecta, in ges-
 flamma, vel ignis sensim conceptus, deinde
 & fomentis resocillatus, mirum in modum
 dere incipit, & primis quibusque correpta
 gius serpere, & maximam stragem dare
 tiones in ciuitatibus non magna semper
 concitare que solent; verum plerumque
 creata offensionibus, in publicam pestem
 do progressa sunt, studijs & contentioni-
 tuis aucta. Quare boni Magistratus est, cui
 parua futurae cladis initia praenire, curae
 opprimere, vt aut nusquam existant; aut
 terunt, praefocentur, ne paulatim assumpta
 bus, luculenter succrescant, & tandem suae
 gnitudine Remp. vexent & occupent. Ser-
 venit, vt priuatis & paruis rebus initio-
 ctis, nulla cura, nullis medicamentis ad-
 inde calamitates etiam publicae existerent.

*Regnum in
 se diuisum,
 propinquum
 est ruina.*

vero admodum æstuabat pacificandis Cæsare & *Sublatio*
 Pompeio: Utinam, inquit *lib. 9. epist. ad Attic. e-* *causis diff-*
cordia. se-
quuntur ef-
fectus spe-
rate cõcor-
dia.
 pist. 2. in hac miseria Reip. πολιτικὸν opus ef-
 ficere & nauare mihi liceat. Dissidentū pacifica-
 tionem πολιτικὸν opus appellat, & quidem
 significanter appellat; cū in hoc Politici viri
 scopus maximè consistere debeat, vt concors sit
 ciuitas, cū ciuitas quasi ciuium vnitas dica-
 tur.

3. Cū *Alexander Magnus* intellexisset Ephe-
 sionem & Craterum, sibi amicissimos mini-
 stros, æmulatione mutua dissidere, & ad sui tute-
 lam fortissimos quosq; Duces pertrahere, vtros-
 que blandis sermonibus simul, deinde seorsim
 seductos acerrimè increpuit, iuratus se hostem
 ei futurum, qui primus alterum verbo violaret;
 qua obiurgatione ac metu iniecto vtrumque v-
 trique conciliauit. *Q. Curt.*

4. Cū *Kanutus Dania Rex* animaduertēret,
Haraltum Ericumq; fratres (inquit *Krantz. lib. 5.*
Dania) grauitē inter se dissidere, excogitauit,
 quonam pacto, rebus inter eos compositis, ad
 concordiam & integritatem reduceret: facilem
 nactus est viam, vtrisque minitatus est, eum se
 viribus suis infestaturum, qui primus ad conten-
 tiones rediret.

5. *D. Ludouicus Gallia Rex* similtates inter au-
 licos natas semper sustulit, adē vt nulla vnquam
 inter Principes & primarios aulicos controuer-
 sia fuerit, quam ipse pro æquitate & prudentia
 non terminaret. Sciebat enim nihil esse potestati
 vel Reip. lethalius, quā eiusmodi similtates
 & dissensiones fouere vel excitare. Testis sit
 Guelforum & Gibellinorum in Italia factio: Ve-

P neto-

netorum & Praefinorum in vrbe Constantino-
qua 40. ferè hominum millia perierunt: deinde
in Vrbe Vrsinorum & Columniorum. Iouius
Procopius.

SIGNVM XXXV.

Conscientia
puritati
studere.
Fr. Patrit.
9. de Reg.
nos. 20.

D. Ioan à
Chokier
Thes. Pol.
lib. 3. c. 6.

CONSCIENTIAE PURITATI
semper Studere.

I. CVM Africano Maiori ad populū dies
cesset, (peculatus enim incessèbatur, &
ex præda Antiochi grarium defraudasse crim-
retur,) *Hac die Quirites, inquit, Carthagini-
Deo agenda sunt gratie.* Et prosequente vnice
populo Capitolium conscendit, relicto iudice
cum accusatore & præcone tantum. Et quæ
culpam deprecari, & crimen facile amoliri
tuisset, ac etiam Tribunitias iniurias propal-
voluntarium tamen exilium subire maluit, &
tentus sola innocentia & conscientie sententia
absolutus. Ad eò magna vis est conscientie, ut
hil timeant aut reformident ij, qui nihil ad-
runt, quin potius in solida tràquillitate, & in-
cussa fiducia versentur semper. Hinc Diogenes
Philosophus interroganti quænam esset vici-
licitas? Quæ, inquit, facit, ut mens & anima in
peruo gaudio collocetur: hæc autem est ipsa
scientia. Si enim actiones nostræ, quarum
indiuia est comes, testis, & pedisequa, re-
fuerint, hilaritatem & lætitiã nobis procreant.
summã cum pari fiducia mentis tranquillitate.
Hinc Seneca epist. 59. ait: *sapiens nunquã sine
dico est: gaudium hoc non nascitur, nisi ex virtutis
scientia.* Et epist. 27. *Sola virtus præstat gaudium
patium, securum, etiam si quid obstat, nubium*